UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De auctoritate Confessoris in iniungenda pœnitentia sub præcepto, par. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

7 Dices, at quis ſcit ſe verè [l] lucratum eſſe Indulgentiam? Reſpondeo, licet rarò, vel nunquam poſsit conſtare integrè aliquem ſatisfeciſſe pro peccatis, vel Indulgentiam fuiſſe lucratum: dico tamen ad noſtram rem ſufficere [m] quod probabiliter quis videatur, ſatisfeciſſe: cum probabilitas ſufficiat, ut quis prudenter operetur.

l S. *Th. in 4 diſt.* 20 *q.* 1. *ar.* 3. *q.* 1.

m *Pet. de Soto ſect. ultima de de ſatisf. addictus à De Lug. de pœn. d.* 25 *ſect.* 4. *n.* 48.

§. 2.

De Auctoritate Confeſſoris in injungenda pœnitentia ſub præcepto.

8 ALiqui ita explicant auctoritatem confeſſarii in injungenda Pœnitenti pœnitentia: ut dicant ipſum poſſe injungere ſub præcepto. Alii, ut poſsit ſolùm per modum conſilii conditionatè, in hunc v. gr. modum; ſi vis acquirere relaxa-

tionem pœnæ ex opere operato; hoc, vel aliud opus exhibeas. Alii poſſe utroque modo, id quod probabilius eſt. *a* Ratio eſt mox dicenda c. 2 §. 1.

Addunt tamen communiter Doctores, cenſeri regulariter Confeſſorem dare præceptum, dum pœnitentiam abſolutè imponit: cum tamen ſuam intentionem explicaverit in contrarium; tunc eſſe ſub prædicto conditionato conſilio.

a Suar. de pœn. d. 58 ſect. 5. n. 2 & ſect. 7. n. 2. Fag. l. 9. de 2. præc. Ecc. c. 3. n. 11. cont. Vaſq. Coninc. Turrian. quos ſequitur De Lug. de pœn. d. 25. ſec 4. n. 54

§. 3.

Quanta imponi Pœnitentia debet.

9 Ita id reliquitur arbitrio Confeſſoris; ut, ſpectatis omnibus, poſsit quamcumque injungere; modo, omnibus item perpenſis, obſervet, quod vult Tridentinum, *a* dicens eos peccatorum participes, qui, ſine juſta cauſa, pro gravibus peccatis leves pœnitentias injungunt.

a Trid ſeſſ. 14. c. 8.